

# Franckesche Stiftungen zu Halle

**Io. Francisci Bvddei, P.P. Elementa Philosophiae Practicae**

**Buddeus, Johann Franz**

**Hala-Magdebvrgicae, MDCCCLXXVII.**

**VD18 13037862**

**Cap. I. De Natura Et Indole Prudentiae Civilis.**

---

#### **Nutzungsbedingungen**

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

#### **Terms of use**

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)



## C A P . I.

DE

# NATVRA ET INDOLE PRVDEN- TIAE CIVILIS.

S u y o ψ i s.

*Actiones hominum quatenus ad nostri status conseruationem dirigendae sunt, pertinent ad prudentiam ciuilis, §. I.*

*Quid hoc nomine designatur, §. II.*

*Extendit se ad omnes status, §. III.*

*Sed speciatim status societatis domesticae & ciuilis & illorum, qui banc administrant, hic in censum veniunt, §. IV.*

*Quid vulgo per prudentiam ciuilis & politicam intelligatur, §. V.*

*De variis significationibus vocis politices, §. VI. VII.*

*De politica architeconica ubi agendum sit, §. VIII.*

*Quid nobis politices nomine veniat, §. IX.*

*Prudentiam status & politicam esse partem philosophiae practicae, §. X.*

*Vtriusque obiectum & finis, §. XI.*

*Nexus cum ethica & iurisprudencia naturali, §. XII.*

*Tractandi ratio, §. XIII.*

## §. I.

**A**ctiones hominum dupli ratione, ut suo loco docuimus, considerari possunt, vel prout ad legem componendae sunt, & ita *Iurisprudentia* circa illas occupatur, vel prout ad nostram, statusque nostri conser-

vationem faciunt, & ita ad prudentiam *status*, seu ciuilem, sumpta voce in ampliori significacione, pertinent.

### §. II.

Per prudentiam itaque status seu ciuilem eam intelligo practicae philosophiae partem, quae actiones hominum dirigit, prout ad cuiusque statum rite conseruandum pertinent.

### §. III.

Extendit itaque se haec ciuillis prudentia ad omnes cuiuscunque conditionis homines pariter ac ad omnes societas, regulasque praescribit, quas qui obseruant, ille se suumque statum rite conseruare possunt. Applicationem tamen ad omnes status, aut singulorum hominum, aut integrarum societatum instituere, res infiniti negotii foret, & insuper superuacaneum.

### §. IV.

Nihilosecius cum inter omnes societas emineat domestica & ciuilis, & inter singulos homines illi, qui rempublicam administrant, aut ad eius administrationem aliquid conferunt: de hisce, horumque statu ad regulas ciuilibus prudentiae componendo, paulo specialitus agere conveniens omnino fuerit.

### §. V.

Cumque haec tenus fere receptum fuerit, negligetis generalioribus prudentiae status praecipuis, tantum de societatis domesticae ac ciuilis,

vilis, raro admodum de illorum, qui ciuilia tra-  
Etant, statu praecipere, hinc specialis haec tracta-  
tio per eminentiam *prudentiae ciuilis*, ut & *po-*  
*litices* nomine insignita fuit.

### §. VI.

De *politicae* voce tamen obseruandum, quod diuersimode admodum accipiatur. Namque vt alia taceam, ab ea, quam hic obtinet significatio-  
ne, nonnulli eousque defleunt, vt mox peritiam quandam iuris, mox nescio quam pe-  
ritiam alios fallendi, aut morum etiam elegan-  
tiā, aut simile quid eadem innuant. Qui si totum prudentiae ciuilis vel politices ambi-  
tum eiusmodi significatione se circumscribere putant, nec aliud quid admittunt, quod poli-  
ties nomine tituloque dignum sit, falluntur turpiter.

### §. VII.

Sed & si ab isto vocis usu discedamus, itidem vel pro prudentia ciuitatem constituendi, quam alii *politican arbitraetonicam* vocant, & constituta-  
tam rite administrandi, tum quoad iuris naturae & gentium praescripta, tum quoad prudentiae ciuilis regulas, accipitur: vel tantum pro ratione ciuitatem quoad prudentiae ciuilis regulas ad-  
ministrandi. Prior significatio vtur valde vñtrata hic in censum non venit, cum praecepta iuris in ciuitatis administratione obseruanda ad iu-  
risprudentiam naturalem & gentium spectent,

Ee 3

quam

quam a politica discernendam esse, merito contendimus.

### §. VIII.

Constitutio autem & structura ciuitatis cum non minus politico, quam iuris naturalis & gentium perito nota esse debeat, perinde esse puto, siue in politica, siue in iurisprudentia naturali tradatur, & cum iam suo loco explicata sit, hic neuriquam est repetenda. Si quae autem iuxta ciuilis prudentiae monita speciatim hic observanda sunt ex ipsa ciuitatis natura vnumquisque facile colligit.

### §. IX.

Nec tamen tam arctis limitibus politicam in angustiori licet significatione spectatam, circumferisco, ut tantum in ea de reipublicae administratione agendum sit, sed & simul statum summorum imperantium, a statu reipublicae distinctum, quin & eorum, qui ad reipublicae administrationem concurrunt, modumque horum status conservandi, sub hac notione comprehendo.

### §. X.

Ceterum tum prudentia status in genere, rum speciatim politica, recte habetur pro philosophiae practicæ parte, cum quicquid de hac dici potest, in illam quoque quadrer. Nec desunt & principia certa, imo nec in demonstrationibus suis euidentia ac certitudine destitutur, licet non semper, nec ubique ea obtineri queat.

queat. Etenim propter circumstantiarum varietatem, applicatio non aequa feliciter ubique procedit, quod tamen certitudini eius & eidentiae, si in se spectetur, nihil derogat, & cum omnibus insuper philosophiae practicae partibus illi commune est.

### §. XI.

Obiectum itaque, ut ex dictis patet, prudentiae quidem status, sunt actiones omnium hominum, sive seorsim, sive in certis statibus spectatorum, speciatim autem politices, sunt actiones imperantium & ministrorum, prout tum hae, tum illae, ad prudentiam status sunt compoñendae. Finis est status tum omnium & singulorum hominum, tum speciatim integrarum ciuitatum, imperantium quoque & ministrorum conseruatio.

### §. XII.

Et hic quidem est finis specialis. Generalis est hominum felicitas, ad quam tota philosophia practica est comparata. Nimurum omnis verae felicitatis fundamentum, intima hominis cum Deo coniunctio, in ethica ostenditur: conservare hanc internam felicitatem iurisprudentia naturalis docet: externa vero, quae hominem circumstant, incommoda, rite amoliri, prudenter status civilis commonstrat.

### §. XIII.

Traetandi ratio haec erit, quam in practicae philosophiae partibus obseruare solemus, ut pri-